





1596.

1. Galupus, Dionysius: De appellationibus.
 2. Grassecus, Paulus: De iustitia et jure, ejusque principis et causis.
 3. Schickfusius, Jacobus: De fortitudo virtute morali. Disputationes ethicae, ex libro Ethicorum Aristoteli desumpta.
 4. Schickfusius, Jacobus: De castitate. Disp. eth. ex libro eth. Aristoteli desumpta.
 5. Schickfusius, Jacobus: De temperantia, virtute morali. Disp. eth. ex libro eth. Aristoteli desumpta.
 6. Schickfusius, Jacobus: De veritate virtute morali. Disp. eth. ex libro eth. Aristoteli desumpta.
1. Grassecus, Paulus: De publicis judiciis.
 2. Obrechtus, Georgius: Disputatio feudalis IV ex secundo libro scholarum feudalium desumpta.
 3. Obrechtus, Georgius: Disputatio feudalis II ex primo libro scholarum feudalium desumpta.

1597.

4. Spachius, Israel: De somno et vigilia

1600

1. Obrechtus, Georgius: De rei vindicatione p. II

2. Obrechtus, Georgius: De rei vindicatione p. III

3. Obrechtus, Georgius: De rei vindicatione p. I

1601.

1. Schlaerus, Johannes: De fidejussoribus.

1604.

1. Gumperti, Dionysius: Quaestiones miscellae, seu
varius atque juris materiis de promptae

2. Obrechtus, Georgius: De defensione necessarii

1611.

1. Meierus, Tobias: Quaestionum miscellanearum theoreticarum
practicarum, ex libro I pandectarum juris civilis Romanorum
partium centuriae duae.

2. Meierus, Tobias: Justinianearum Decretorum sive disputationum
apologeticarum, juris civilis ad reddendam gratiam
... oppositarum III

1611.

3. Meierus, Justus: Justinianearum Decarum I hinc disputatio
hominum apologeticarum, juris civilis edicendi gratia,
oppositarum I.

4. Meierus, Justus: Justinianearum Decarum II hinc disputatio
hominum apologeticarum, juris civilis edicendi gratia,
oppositarum.

5. Obrechtus, Georgius: De pluribus concurrentibus adici-

bus.

6. Obrechtus, Georgius: De compensationibus.

1612.

1. Meuthenus, Johannes Michael: Theses juris naturalis
Universitatis jurisdictionis et imperii materia

2. Meuthenus, Johannes Michaelis: Quaestiones Dubiae
ex universae fudorum materia, hinc inde de promp-
tae atque decisae.

3. Meierus, Justus: Quaestiones juris controversiae

1612.

4. Meierus, Justus: Justinianeam Decas V sive
diatribam apologeticam, juris civilis adserendi
gratia . . . oppositam V.
5. Meier, Justus: Justinianeam Decas II.
6. Meierus, Justus: De actionibus.
7. Meierus, Justus: Justinianeam Decas IV sive dis-
putationem apologeticam, juris civilis adserendi
gratia . . . oppositam IV.

[Faint handwritten text on the left margin, including words like "erem", "is", and "di"]







2248

14

76091

3

DISPUTATIO

IURIDICA

De

FIDEIVSSORIBVS.

Quam

Annuente et adiuuante DEO.

O. M. in celeberrima Argentinensium Academia

Sub Praesidio

D. IOANNIS DETLÆVI

WESTPH.

Pro viribus defendere conabitur.

VDAERICVS REDSLOBIVS

Berlinensis Marchiacus.

Mense Februario.

ARGENTORATI,

Excudebat IODOCVS MARTINVS.

Anno cl. Is. ci.



CLARISSIMO, CONSULTIS-
SIMO, LONGOQUE RERUM USU
PRÆSTANTISSIMO VIRO D. M. SAMVEDI
REINHARDO, Illustrissimi Principis IOACHIMI
FRIDERICI ELECTORIS BRANDENBURG. etc.
Confilario vigilantissimo, adfini suo
maximopere honorando.

Nec non

AMPLISSIMO SPECTATISSIMOQUE
VIRO D. VALENTINO REDSLOBIO,
Reipubl. Berlinensis Consuli dignissimo, pa-
renti suo amantissimo.

Item

ORNATISSIMO, IURISQUE PERITIS-
SIMO VIRO D. VDALRICO SCHRAGIO,
Ab actis Curia Berlinensium fidelissimo,
avunculo suo cariss.

Atq.

PRÆSTANTI ET PERPESICUO VIRO
DN. IOACHIMO SCHULENBURGIO,
Sororio suo dilectissimo.

*Hoc exercitium Iuridicum gratitudinis et
debitæ observantiæ ergo, offert, de-
dicat, et mittit.*

VDALRICUS REDSLOBIUS
Respondens

CLARISSIMO
DE FIDEIUSSORIBUS

παρασκευη.



Vnum et extremum finem stipulatio assequitur, aut principaliter, aut per accessionem: vel quod idem: aut proprio quisq; nomine, per stipulationem obligatur, aut alieno. Ille principalis debitor: hic Fideiussor dicitur. Et quia de illo haecenus, de hoc ut iam θελωσ διασπiciamus, institutum nostrum efflagitat.

per l. 1. § 7. & 8. ff. de O. & A. l. 5. § acceptio, de V. O. ubi Interpp. Cuiac. in parat. ff. h. t. l. 21. l. 108. Eleganter Gædd. in tr. de contrah. & com. stipul. c. 5. concl. 1. 2. 3. & 4. V Vesen. ad rub. Inst. h. t.

1.
Fideiussor (a) est, qui stipulatione (b) interposita alienam obligationem (c) fide sua (d) esse iubet, Quis Fideiussor. salva principalis debitoris obligatione manente. (e)

(a) inde dictus, quod rogetur: utrum fide sua esse iubeat, V Vesen. d. loc. qui alias ad promissor saepe in iure appellatur l. 5. § 2. ff. de V. O. ubi Cuiac. Duar. & Don. l. 64. ff. sol. matr. Eò quod ad id, quod alius debet, accedat idemq; promittat. Duar. c. 1. de fideius. Myns. ad rubr. Inst. h. t. Borch. ad pr. Inst. eod. Don. in rubr. C. de Fideius. Differentias tamen inter fideiussorem & ad promissorem indemnitas (vulgo vocant Schadlosbürgen/oder Ruckbürgen) vid. ap. Gædd. ad l. 150. n. 2. ff. de V. S. Costal. in l. si ego decem ff. de reb. cred. Differt autē ab expromissore fideiussor, quod ille no vandi animo pro alio promittit, ac proinde solus

A 2 obliga-



obligatur, liberato eo, à quo datus l. & eleganter 7. § ser-
vus ff. de dol. mal. l. si quis 4. ff. de condict. caus. dat. l. fin.
ff. de SC. Macedon. l. 22. ff. ad SC. Vell. l. qui libertinus in f.
ff. de oper. lib. l. 4. § 1. de re jud. l. 4. C. de fideius. Hic vero
in tantum abest, ut solus obligetur, liberetq. principalem, ut
sine eo constitui non possit, in pr. et § 1. § 5. Inst. h. t. l. 1. grace 8.
§ 1. & 2. cum seqq. ff. h. t. Differt item à mandatore,
quod hic alteri mandat, ut vel fideiubeat pro se, aut alio l. 22.
ff. mand. vel pecuniam alicui alteri credat, vel negocia gerat
l. 27. ff. mand. Hippol. de Marsil. ad rubr. de fideius. n. 3.
& 6. Sichar. ad rubr. c. eod. Item quod hic nudo constituitur
consensu, non ut fideiusor per stipulationem, t. Inst. de mand.
l. 1. l. 2. l. 32. ff. eod. Duar. cap. 2. de fideius. Et per hoc præ-
sens tantum fideiubet l. 1. in pr. ff. de V. O. mandat vero si ve
presens si ve absens d. l. 22. § si curator 10. l. 32. ff. mand.
Sichar. ad d. rubr. n. 8. & 9. Cuiac. in par. ff. & C. h. t. Ac-
cedit quod mandator non habet actionem, nisi ei codatur: fi-
deiusor mandati vel negotiorum gestorum actionem habet.
Cuiac. in l. 21. § in his 5. ff. de pact. & lib. 23. obs. 25. Sed il-
lam perfectam esse differentiam, quod mandator semper ante-
cedat principalem obligationem, fideiusor vero non ita, infi-
ciamur cum Dn. Goedd. d. tr. c. 5. concl. 5. contra Duar. Si-
char. Brecha. & alios. Tertio differt à constitutore:
quia vel nudo tantum pacto vel etiam per epistolam consti-
tuere quis potest l. quid 26. ff. de constit. pecun. fideiubere
non æque. Conveniunt autem in eo, quod nec fideiussione no-
vetur prior obligatio l. 3. § in eum ff. administ. rer. ad civ.
pertine Vult. ad prin. Inst. h. t. n. 14. Gothof. ad l. fin. C. de
constit. pecu. Sichar. ad rub. d. n. 12. Quarto differt à spon-
sore: quia omnis quidem fideiusor sponsor est, sed non omnis
sponsor

Sponsor est fideiussor, cum verbum sponsionis latioris sit significationis l. sponsio 7. & ibi Gæd. n. 4. 5. 15. & seqq. de V. S. idem de contrah. & commit. stipul. c. 5. concl. 5. n. 24. cum seqq. Hinc quærere libet, an verum sit, quod adserunt pleriq; DD. fideiussorem semper rogatum fideiubere, sponsorem non rogatum? vide omninò Gæd. d. n. 25. (b) sine igitur stipulatione fideiussor non constituitur l. 32. vers. & in summa. ff. mand. l. græcè 8. ff. h. t. l. 2. l. 3. l. 6. l. blanditus 12. C. eod. l. 5. § 2. ff. de V. O. Adeo ut nec de jure Can. eius ex nudo pacto constitutio valeat Costal. in l. 7. ff. de pact. Hippol. de Marsil. d. tr. n. 356. Vasq. 1. illustr. contr. c. 33. n. 2. & 3. conf. Bocerum de contract. c. 1. n. 8. Fachin. 2. contr. iur. 100. (c) Est enim fideiussio obligatio accessoria: accessorium autem sine subiecto non reperitur. Aliena præsupponitur obligatio, quia nemo pro se ipso idoneus fideiussor habetur l. heres 21. § 2. in fin. l. 71. h. t. (d) h. e. periculo & præstatione l. Lucius 24. h. t. Hinc finis huius obligationis refulget, ut creditori eo diligentius pleniusq; sit cautum in pr. Inst. § fin. de replicat. (e) l. 4. l. 5. l. 23. & seq. C. h. t. Atq; hoc est, quod ante diximus, inter fideiussorem & expromissorè, discriminis.

II.

Fideiubere igitur possunt omnes, qui stipulando obligari. (a) Hinc infans (b) furiosus (c) prodigus (d) nimia ebrietate obrutus (e) mutus & surdus (f) deportatus vel bannitus (g) pupillus (h) & minor (i) sine tutorum ac curatorum suorum autoritate fideiubendo non obligantur. Sed nec Clerici, nec Monachi ad fideiussionem satis idonei censentur, licet dati obligentur. (k)

(a) Hoc igitur ceu genere negato, negatur et illud. Ever.

A 3 à Mid-

Atq; hoc est, quod ante diximus, inter fideiussorem & expromissorè, discriminis.

Causa est huiusmodi in p. a. ficiens (b) argiborq (c) prodigus (d) obrutus (e) mutus & surdus (f) pupillus (g) & minor (h) sine tutorum ac curatorum suorum autoritate fideiubendo non obligantur, licet

gatur et illud. Ever. A 3 à Mid-



à Middel. in Top. à gen. ad speciem (b) l. 1. in pr. ff. de V. O.
l. 1. § 13. ff. de O. & A. § pupillus 9. Insc. de mut. stipul.
quia & verborum prolatione & consensu, quibus coniunctim
hic opus, destituitur. (c) § furiosus 8. & seq. Insc. d. t. l. 1.
§ 12. ff. de O. & A. l. 5. & 40. de R. l. l. 1. § interdum ff. de
adilit. edict. Idem iudicium de ceteris mente captis. Obser-
vandum tamen, si furiosi perspicuis gaudent intervallis, sa-
naq. mente & iudicio, remittente febre, utuntur, valere intra
hoc tempus acta l. furiosum ubi DD. C. qui testam. fac. pos.
l. Divus ff. de off. præs. l. quod meo ff. de acq. poss. l. cum
alijs § nos itaq. C. de curat. furios. Gædd. d. tr. c. 7. concl. 9.
(d) l. is cui 6. ff. de V. O. d. l. 40. de R. l. quia videntur
mente carere. Luxus enim quædam amentia est l. 1. ff. de cu-
rat. fur. l. his qui 12. in f. ff. de tut. & curat. dat. Unde à veteribus
vocabulo luxuriam veteres comprehenderunt Cuiac. in d.
l. 6. de V. O. Sed obstare videtur, quod prodigus stipu-
lando acquirat. d. l. 6. de V. O. unde dicendum, mente cum
prorsus non carere, & consequenter rectè fideiubere. R. pro-
digum in acquirendo suamq. conditionem meliorem reddendo
non furioso sed pupillo: in diminuendo non pupillo sed furioso
similem esse d. l. 6. de V. O. l. 9. § 7. de reb. cred. Gædd. d. tr.
c. 7. concl. 10. E verh. in Top. legal à min. ad furios. prodig.
siquidem hoc non illo casu mentis iudicio abutitur. 2. Obst.
at omnis iniquus, fideiussio, quædam dilapidatio & prodiga-
litas est, & crebro fideiubens videtur esse prodigus, refert, &
meminit V Vesen. in par. h. t. R. esse fallac. accidentis. per
se enim suaq. natura fideiussio non est actus noxius vel dila-
pidatio: repetit namq. fideiussor, si quid præstet actione man-
dat § 6. Insc. h. t. Imo Hebræorum sapientissimus virum
bonum pro alio fideiubere refert. Eccles. c. 29. v. 19. Eras.
chil. 1.

chil. 1. cent. 6. adag. 97. (e) arg. l. 48. ff. de R. I. per text.
in c. sane 15 q. 1. nescit enim, quid loquatur, quid faciat. Imo
fecundi calices contracta quem non in paupertate
solutum fecere? cui mentem non dimovere c. venter 35.
dist. Andr. Geil. 2. obs. 110. n. 22. & seqq. Item ebrius dor-
mienti similis vitam edormiscere dicitur c. a crapula de vit.
& honest. cleric. (f) § mutum Inst. de inut. stipul. l. 1. in pr.
ff. de V. O. l. 1. § pen. & ult. ff. de O. & A. Blesos autem &
balbutientes stipulari & proinde fideiubere posse dubio caret,
modo quid velint, linguam proferant, prolatum ab alijs accipiatur.
(g) civiliter enim mortuus habetur l. tutelae 7. § fin. l. fin.
ff. de capit. min. § cum autem is Inst. quib. mod. ius patr.
potest. solv. Iure igitur stipulandi privatus l. quoties 14. in
fin. ff. de no vat. Cuiac. ad l. 121. § pen. ff. de V. O. Ea autem
quae iuris sunt gentium retinet salva l. amissione ff. de ca. min.
l. deportatus 15. ff. de interd. & releg. Cui non adversatur
l. 2. ff. eod. R. ex verbis d. l. 15. ibi: in fraude fisci. De bannito
res eo expeditior est, quod bannum (nostri vocitant die Acht)
succesit in locum deportationis Geil. de pac. publ. c. 1. lib. 2.
Intellige autem bannitum imperij, non qui ab inferiore aliquo,
puta Electore, Comite, vel Civitate proscriptus est, prout Dn.
Coedd. refert ex mente Bart. d. tr. de contr. & com. stipulat.
conc. 4. (h) § 9. Inst. de inut. stipul. ibi § Ves. l. 1. § huic.
l. 43. l. 59. ff. de O. & A. Nam omnes impuberes regulariter
creduntur non intelligere id, quod agant, quoties de ipsorum
damno & in commodo quaestio suboritur per l. fin. ff. de iur. &
fact. ignor. l. 1. vers. impuberes C. de fals. manet. ibi glos. et DD.
(i) l. 3. C. de in integr. restit. vide Donell. Duar. ad l. 110.
ff. de V. O. & cum primis Coedd. ad l. princeps 21. de V. S.
& late in tr. c. 7. concl. 32. cuius rationibus & fundamento
eo usq.

eo usq. adheremus, donec de meliori à Cuiac. vel alio dis.
edocemur. Quid verò si minor curatorem non habens fi-
deiusserit? Beneficio gaudet restitutionis in integrum l. 8. § 1.
ff. qui satisd. cog. l. ait prætor. 7. § non solum 3. ff. de minor.
l. si Titius 48. § 1. ff. h. t. nisi vel dolo deceperit ad versarium
tanq. maior tit. C. si minor. mai. se dix. vel juramento firma-
rit, quam contraxit obligationem c. ex rescripto extra de iur.
auth. sacramenta C. si ad vers. vendit. Minor etiam modo 18.
annis maior pro parente carceri incluso rectè meritoq. imo sub
pœna exheredationis fideiubet auth. si captivi C. de Episcop.
& cler. Nov. 115. c. 3. (k) c. 1. de fideiuss. ubi canonistæ c. 40.
quidam II. q. 1. c. 2. de fideiuss. ubi Abbas & canon. vulgo
Gomez tom. 2. var. resol. c. 13. n. 18. Hippol. de Marsil. d.
tr. de fideiuss. n. 309. Cædd. d. tr. c. 7. concl. ult. In vitus ego
nemo eos accipere cogitur.

111.

Specialiter prohibentur fideiubere feminae, (a)
& milites. (b)

(a) licet enim suo nomine contrahendo obligetur mulier
l. 5. 6. 8. § 1. 25. 27. ff. ad SC. Vell. l. 2. 4. 10. 13. C. eod. pro
alio tamen intercedens beneficio S. Velleiani tuta est tot. tit.
ff. & C. ad SC. Vell. Anton. Gomez d. c. 13. 2. variar. propter
lubricum & temerarium consilium: imo pro marito interce-
dens nullatenus obligatur ipso iure Nov. 134. c. 8. & inde
desumta auth. si qua mulier C. ad SC. Vell. cum hîc facilius
induci femina possit, ut intercedat. Nec juramento inter-
posito, nedum nuda renunciatione huiusmodi intercessio fir-
mari possit arg. l. non dubium 5. C. de ll. l. iuris gent. 7. § &
generaliter 16. ff. de pact. Cessat tamè hoc in quibusdā casibus
SC. quibus mulier efficaciter intercedit, partim propter
favorem

favorem rei, de qua contrahitur, veluti si intercedat in causa
libertatis l. pen. C. ad SC. Vell. Dotis l. si dotare 12. C. eod.
quod non solum de dote accipimus, quam pro filia promisit d.
l. 12. Eam enim pietatis intuitu constituens suum negotium
gerere presumitur licet ad id necessitate non adstringatur l.
neg. mater 14. C. de jur. dot. sed etiam pro quacumq; alia d.
l. ult. Ioan. Robert. lib. 4. sent. c. ult. Val. Franc. tr. de
fideiuss. c. 2. n. 169. Pia causa l. pen. C. ad SC. Vell. Franc.
d. tr. c. 2. n. 173. Partim propter factum eius, ut si dolo malo,
& decipiendi animo l. 5. C. eod. l. 2. § 1. l. 23. l. 30. in pr. ff. eod.
si pretio inducta intercedat l. antiquae 23. C. eod. Partim
propter rationem causa, ut si res ad eam pertineat, quod est,
si intercedat pro fideiussore vel procuratore suo l. 3. l. 13. l. 21.
22. ff. ad SC. Vell. idem si successit debitori principali, pro
quo intercessit l. 8. § 13. ad SC. Vell. Item propter favorem
personae, cui mulier se obligavit, veluti si interceserit apud
minore 25. annis, & prior principalis debitor non sit solvendo
l. si apud minorem 12. ff. de minor. Cessat deniq; SC. si
eandem intercessionem post elapsum biennium nova cautione
confirmavit l. 22. C. ad SC. Vell. Hinc nobilis & gravis
illa se offert quaestio: utrum mulier indistincte beneficio SC.
Vell. renunciare possit, an vero certis quibusdam casibus, ut
liberorum suorum tutelam susceptura. Novel. 118. c. 5. vel pro
eo, pro quo intercessit, iudicium ea lege acceptura, ut in vete-
rem debitorem actio non detur. l. ult. § pen. ff. ad SC. Vell.
Et deniq; si elapso post intercessionem biennio renunciatio facta
est l. si mulier 22. C. eod. Alterutrum pro arbitrio opponentis
exercitij gratia defendemus. (b) l. milites C. locat. l. 8. § 1.
ff. qui satisd. cog. Gomez. d. c. 13. n. 19. in fin. 2. var. resol.
Partim ut beneficio ad militiam invitentur, qui alias ad fide-
iuss. iudicium

iubendum difficiles: Partim ne milites hisce obligationibus, & inde nascituris exactionibus vexentur, dum militandū ad l. milites: possunt tamen in rem suam velut pro procuratore suo recte fideiubere l. 8. § 1. qui satisdat. cog. l. milites 31. C. locat. Franc. in tr. de fideiuss. c. 2. n. 215. Utrum verò idem in nostri seculi militibus contra Turcam aliosq; Imperij hostes velitantibus obtineri debeat, questionis est, Affirmat. verior. Geil. 2. obs. 118. Vigl. ad pr. Inst. de mil. test. Cuiac. consult. 49. Gædd. d. tr. c. 7. concl. 17.

IV.

Creditor fideiussores accipiendo minus idoneos in tantum eos approbare censetur, ut alios postea petere nequeat, (a) etiam si ignoratiam prætendat (b) sed quid? si initio quidē idoneum, at medio tempore inhabilem, & non solvendo effectū acceperit, alium ne recte petet? Neg. subscribo, si ex cōventione prior datus fuit (c) secus verò est, si ex necessitate pro forma contractus legisq; dispositione. (d)

(a) l. 10. § 1. ff. qui satisd. cog. l. 3. in f. ff. h. t. quia sibi imputet, quod minus idoneos admiserit l. 1. § II. ff. de separati. l. 5. § 3. ff. jud. solv. diligenter autem hinc distinguendum inter non idoneos & prohibitos. (b) arg. l. qui cum alio 19. ff. de R. I. ubi Cagnol. l. 5. si certū petat. Scire enim potuit, aut ignorare non debuit, minorem clericum monachum, aliosq; similes non esse idoneos. Conf. l. 5. l. Titius 48. & l. 3. h. t. (c) arg. l. pupilli 96. § soror 2. ff. de solut. & ibi DD. l. si nomen. 4. ff. de hered. vel. act. vend. Bart. in l. 3. h. t. quia fecit, quod facere promisit, & proinde obligatio, qua tenebatur ad satis dandum extincta semel non reviviscit per l. qui res. 98. § 8. de solut. (d) arg. l. 10. § 1. ubi Bart. & DD. l. 20. § pen. ff. de nov. oper.

nunc.

Fide

B 2

nunc. l. 4. ff. de prator. stipul. l. 3. § fin. cum l. seq. ff. ut in poses.
legat. serv. caus. esse licet Gomez d. loc. Marsil. d. tr. n. 74.

V.

Illud dubitatione caret, quod plures uno fidei-
iussores assumi possint, (a) sed utrum cogi possit prin-
cipalis, ut liberet fideiussorē, aliumq; accipiat æquē
idoneum, (b) Item num fideiussorem dare obligatus
pignora dando liberetur (c) inter partes hæret dissi-
dentes? negativ: utrobiq; verior.

(a) § si plures 4. Inst. h. t. l. 3 l. 23. C. h. t. l. si plures ff. eod.
Sed hoc difficilius, utrū rei promittendi possint esse
alterius fideiussores? affirm: eleganter Gædd. d. tr. c. 5.
à n. 134. usq. ad n. 161. ubi contrarias DD. & cum primis
Donell. rationes nervose satis & copiose convincit. (b) arg.
l. 45. § 2. ff. mand. unde clare refulget creditorem cogi non
posse, ut mutet debitorem. Pinel. ad l. 2. C. de rescind. vend.
p. 2. c. 1. n. 22. Marsil. d. tr. n. 215. Diss. Decius & Cagn.
in l. 25. ff. de R. l. glos. & DD. in l. 22. ff. de pignor. l. 1. ff.
qui satisdat. cog. l. pratorie 7. ff. de prator. stipul. l. sanc-
imus C. de V. S. Notum est invito creditori aliud pro alio
prestari non posse l. 2. § 1. ff. de reb. cred. l. 16. cum seq. C. de
solut. Aliud autem est pignus, aliud fideiussor. Ergo etc.
intellige autem hic creditorem nolentem non consentientem:
illi enim non huic fit iniuria l. 1. § 5. ff. de injur. Et propterea
huic non illi aliud pro alio rectè solvitur d. l. 17. C. de solut.
Vid. Gædd. ad l. satisfactionis 61. de V. S. & d. tr. c. 5. n. 298.
Donell. ad l. 5. § 2. de V. O. ubi ad contrar. respond. Pac. 1.
ἐναρτιστοφαιών 64. Franc. c. 4. de fideiuss. n. 143. & seqq. diss.
Schneid. ad pr. de satisdat. tut. n. 4. & in § sed hodie n. 8. Inst.
de satisd. Hippol. à Collib. Cagnol. in l. plus caut. de R. l.

B 2 Fide

VI.

Materia.

Fideiussor omni omnino obligationi (a) accedere potest modo honestæ & possibili: (b) Sive naturali (c) sive civili (d) tam contrahendæ (e) quàm contractæ & principali & accessoriæ (f) pro sciente pro ignorante. (g)

(a) Ex quibuscunq; ortæ contractibus § in omnibus Inst. h. t. d. l. & i. tit. ff. & C. de fideiuss. (b) si turpis & de facto impossibilis obligatio, fideiussor non obligatur l. 16. l. 29. l. 46. ff. h. t. l. non dubium 5. C. de ll. l. 15. ff. de cond. Inst. l. si flagitij 123 ff. de V. O. Cuius enim nullum est principium, nullum etiam consequens seu accessorium l. 129. l. 178. de R. I. e. accessorium de R. I. in 6. (c) d. § 1. Inst. h. t. l. 2. l. 6. § fin. l. 7. l. 16. § fideiussor l. Marcellus 25. ff. eod. De prodigo, cui bonis interdictum est, quod justè dubites nunquid naturaliter saltem obligetur promittendo, ita ut fideiussor pro eo cum effectu intervenire possit? Neg. Calculum adijcimus moti l. 6. ff. de V. O. tum quod quoad usum judicij comparari soleat furioso l. 46. de R. I. tum quod per morum insaniam nesciens rectè uti judicio nihil ab eo distet, qui plane non utitur, cum perinde sit aliquid non fieri, vel non rectè fieri l. quoties ff. qui satisd. cog. l. 1. § 2. ff. quod cuiusq; univ. nom. § sciendum 2. Inst. de satisd. tit. vel maxime quod naturali æquitate non sustentetur illa obligatio. Sed vehementer Obstat d. l. Marcellus 25. ff. h. t. R. agi ibid. de prodigo. non qui ex conventionem, sed ex ipsa re obligatus est, puta si vel locupletior factus, vel alij obligato heres existat: id quod partim ex coniunctis ibid. personis partim ex alijs ll. dimetiendum. Variè autem istam l. 3. à DD. emandatam sed optimè explicatam à Treutl. hic th. 3. lit. 6.

non ignorari volumus. 2. tale oppon. Enthymema. Interdictio bon. juris civilis est l. 18. qui test. fac. poss. adde verb. l. 12. tab. à Cic. recitata 4. Tuscul. q. 2. de Invent. Et proinde ad tollendum ex naturali prodigi contrahentis consensu enascens vinculum in sufficiens per § pen. Inst. de I. N. G. & C. § 3. Inst. de agn. tut. R. interdictionem istam non merè esse politicam, sed ita ut multum habeat naturalis rationis: ideo enim jure civili bonis ei interdicitur, quia naturali ratione et judicio haud rectè utitur Gæd. d. tr. c. 7. cõcl. 10. (d) d. § 1. Inst. h. t. gl. & DD. in l. 1. ff. h. t. (e) atq; ita non tantum præsentis, sed etiam futuræ § fideiussor 3. Inst. h. l. 5. § 2. l. 57. ff. eod. modo futura sit aliqua obligatio principalis. Sed oppon. quod sequela seu accessorium, cuiusmodi hæc est fideiussoria obligatio, nunquam subiectum antecedere possit. R. spem futuræ obligationis pro principali haberi. 2. fideiussionem verborum conceptu & tempore non effectu, suisq; viribus præcedere. Mins. VVesen. Vult. ad d. § 3. (f) ut est fideiussoris fideiussor l. 8. § f. l. 27. § f. ff. h. t. Duar. c. 3. h. t. VVes. in par. n. 4. (g) l. 30. ff. h. t. Interest tamen plurimum utrum pro mandante, an verò pro ignorante principali intercesserit, si de actione ipsi competente quæstio instituitur quoniam illo casu mandati hoc negotiorum gestorum actio datur l. 20. § 1. l. 40. l. 53. ff. mand. l. fin. C. de negot. gest. Gædd. c. 5. n. 28. C. & c. 6. n. 353.

VII.

Offeruntur hic duæ celebres & inter Dd. multum agitatae quæstiones i. an et quatenus in causis criminalibus, reus sub fideiussoribus relaxandus sit? & arbitrio id iudicis committendum, etsi capitale iudicium sit, verius est, (a) hæctenus tamè ut fideiussores

A 3 ad 5 A



ad pecuniariam non corporalem poenam se obligent, (b) 2. Num pro dote conservanda maritus volens saltem fideiussorem qui teneatur, dare possit? Negantibus nomen dedo. (c)

(a) distinctè ut agam, aut pecuniariam tantum poenam crimen meruit, & fideiussorem rectè adhiberi inde patet, quod hac fideiussio nō impediatur sed promoveatur delicti poenae, executionem per l. si à reo 70. § fin. Ideoq; recusans fideiussorem iniuriarum fit reus. Hippol. de Marsil. de fideiuss. n. 210. Iul. Clar. lib. 5. recept. sent. § ult. q. 46. Menoch. arb. quest. lib. 2. cas. 303. n. 3. Gomez tom. 3. var. resol. c. 9. n. 8. & seqq. Franc. d. tr. c. 3. n. 198. cum seq. Diss. tamen DD. pene omnes statuentes, eum qui in flagranti crimine deprehensus, vel alias confessus est, sub fideiussoribus non relaxari, vid. Menoch. d. cas. 303. n. 6. 7. 12. 13. Gædd. d. tr. d. c. 6. n. 408. De jure Saxon. thut man in peinlichen Sachen keinen zu Bürgen handen der in handhafftiger That (in flagranti crimine deprehensum) gefangen artic. 9. lib. 2. Landrecht / Die andern mügen Ausbürget werden / Land. lib. 1. art. 3. & 34. ubi gl. n. 4. Schneid. ad § in omnibus n. 12. Inst. de fideiuss. aut deniq; poena corporalis futura est, quo casu consideratis circumstantijs reum arbitrio iudicis relaxandum concludimus, puta vel morbo rei aggravescente, vel dignitate eius id suadente, vel propter testium peregrinationem & absentiam nimis longam etc. prob. l. 1. l. 2. l. 4. ff. de custod. reor. auth. hodie C. eod. l. eos 6. § super his C. de appell. Menoch. & Gædd. dd. locis. (b) l. 4. ff. de cust. reor. arg. l. 13. ff. ad l. Aquil. VVesenb. in par. h. n. 4. Hippol. de Mars. n. 206. & seqq. Sichard. ad rubr. C. h. n. 5. Clar. 5. sent. § fin. q. 46. & seqq. Moller. 2. Semestr. 2. n. 1. tum quia nemo suorum membrorum

membrorum nedum vite sue dominus sit. d. l. 13. tum quia
pœne suos autores maneat l. Jancimus. C. de pœnis. Dis.
Alber. de Rosa. in 1. par. statut. quæst. quem refutant Hippol.
d. loc. & Gædd. c. 6. n. 414 & seq. (c) t. t. C. ne fideius.
dot. dent. Cuiac. in 1. ibid. & tract. 4. ad African. in explic.
l. 17. § 1. ad SC. Vell. Gædd. d. c. 6. declar. 1. Geil. 2. obs. 84.
n. 10. Fachin. 8. controv. jur. 76. quia ratio huius juris à
Iustiniano adsignata in l. 2. C. d. t. hoc etiam casu non le viter
militat. ratio autem legis est anima legis, ac proinde sicut
anima dominatur corpori, ita ratio verbis legis. Everh. à
Middel. in Top. loc. à ratione legis stricta. n. 2. & loc. seq. à
ratione legis larga n. 19. Dis. Duar. c. 4. de dotibus. Balduin.
ad § 1. n. 2. InsC. h. Menoch. 4. præsumt. 109. n. 43.

VIII.

Forma fideiussionis in eo consistit, quod in suam Formam
fidem alienam obligationem fideiussor recipit. (a)
Hinc nec in plus, nec in rem aliam, vel factum aliud,
quam reus principalis obligatus est, fideiussorem ac-
cipi posse apparet, (b) Sed hoc difficilius utrum in
maiorem summam fideiubentis obligatio in totum
vacillet, an verò quoad quantitatem excedentem?
prius placet, nisi placuerit illico contrahentibus di-
versitas. (c)

(a) § 1. InsC. h. t. l. 1. § 8. de O. & A. l. græcè 8. in pr. ff. h. t.
l. 1. C. eod. atq; hac forma hocq; sine non tantum à mandato,
ex promissione, novatione, & delegatione & c. sed etiam sti-
pulatione principali distinguitur: stipulationis enim species
agnoscimus duas principalem & accessoriam. Hinc conse-
quens est Errare Interp. formam fideiussionis in stipulatione
vel stipulationis solemnitate ponentes, genus pro forma resu-
mentes.

mentes. Quis enim nescit formam formati propriam esse oportere? Quis non videt solennem interrogationis et responsionis conceptionem non modo fideiussioni verum etiam novationi voluntariae inesse? § præterea Inst. quib. mod. toll. obl. 2. vers. novari potest, & transire in verborum obligationem l. 5. vers. & stipulatione l. seq. l. 7. l. Stichum l. 22. l. 26. l. 28. l. seq. l. 31. l. seq. l. pen. & ult. ff. de novat. l. 1. l. 3. l. 5. l. 7. l. fin. C. eod. (novationem autem alio sensu & respectu esse distractum, alio verò contractū & stipulationem quidem non ignoramus:) item delegationi l. delegare 11 ff. d. t. l. 1. C. eod. VVesen. in parat. ff. de Novat. item stipulatione principali: quod nemo negabit, nisi stipulationem esse stipulationem negaverit. (b) § fideiussores 5. & ibid. interp. Inst. h. t. l. 8. § 7. l. 16. § qui certo loco 1. l. his qui 34. ff. h. t. Quia cessat forma huius obligationis: quod enim principalis non debet, fideiussor in suam fidem recipere nequit. Cessat finis: Quia creditor de eo, quod non credidit securior reddi stulte desiderat. (c) d. l. græcè 8. § 7. l. fideiussor 16. § 1. ff. h. t. l. 1. § 3. cum seq. l. 120. ff. de V. O. § præterea 15. Inst. de inutil. stipul. Connan. 6. com. 6. n. 8. Hippol. à Marsil. d. rubr. de fideiuss. n. 291. Gædd. d. tr. c. 4. n. 74. Hotom. ad § 5. n. 10. Inst. h. t. Ratio: nam forma stipulationis vel in minimo vitiata tota vitiatur stipulatio. l. Iulianus 9. § 3 ff. ad exhibend. l. mulieris 13. ff. de V. S. Deficiente autem stipulatione deficit fideiussio: ne sine genere species: sine fundamento ædificium ponatur. Diss. V asq. illustr. controuv. c. 7. n. 5. Sichar. ad l. 22. C. h. t. n. 4. & 5. Gomez. d. c. 13. n. 2. VVesen. in par. h. t. n. 5. Baro. Mins. Borcholt ad § 5. Inst. h. t. Val. Franc. c. 4. n. 98. confer. Donell. ad l. 1. § 3. & 4. ff. de V. O. Sed quid si iuramento interposito in maiorem summam se obli-

de R. I. Nec obstat quod postea voluntate mutata in vitus
detineatur: Etenim certi est atq. explorati juris obligatum
semel postea consilium suum in præiudicium creditoris muta-
re non posse c. mutare de R. I. in 6. Et sufficere consensum
semel adhibitum esse l. in diem vers. nullam enim ff. de aq.
plur. arcen. Item remittentibus jus suum postea denegari ad
illud regressum l. quæritur § si venditor ff. de ædil. edicti. Op-
pon. l. Titio centum 71. § 2. ff. de condit. & demonst. ubi
Ictus Papin. respondet non esse locum cautioni, per quam ius
libertatis in fringitur: atqui, inquiet, quis per hanc conven-
tionem qua quis ad carcerem se adstringit, libertas si non plane
tollitur, certe imminuitur, auget difficultatem ff. l. 2. de lib.
hom. exhib. E. R. 1. diversum esse casum d. l. 71. ubi Titius
legatarius pure & præcise cogeretur hære in monumento
defuncti: quod secus est nostro casu, quo debitor, quando-
cunq. solvendo liberatur 2. pernegamus pacto isto ad carce-
rem tolli vel imminui ius libertatis vel quod idem fieri ex li-
bero servum. Nec movet d. l. 2. qua in vitus quis detinetur
dolo detinentis. Sed in stabis urgendo carceris squalorem,
fœditatem, tenebras, solitudinem & id genus incommoda alia,
quæ re aut effectu ipso servitute duriora existunt. R. distin-
guo inter carceres, quorû alij pœnales, exitiales, subterranei,
perpetui: de quo genere carceris Cic. 2. Catil. sentiet, inquit,
in hac urbe esse carcerem, quem vindicem ne fariorum scelerum
maiores nostri esse voluerunt: alij verò temporales, quij in
publico aperto & editiori loco habentur: de qua specie nostra
hæc loquitur assertio: & argumentum allatum ut de primo
genere verum sic de posteriori falsum est. plura argumenta
vid. ap. Colerum de process. execut. p. 1. c. 6. n. 52. & seqq.
ubi late hanc quæstionem confirmavit Mins. 6. obs. 51. Costal.
ad l. alia

ad l. alia 14. § eleganter ff. sol. matrim. Duar. c. 2. de O. & A.
Disf. Geil. 2. de pac. publ. 2. c. 2. n. 1. Franc. in d. tr. c. 3 n. 205.
adde Covarr. 2. resol. 1. n. 1. in f. de fideiussione sub pœna ob-
staculij vulgo die Leystung inter Germaniæ Nobiles usitata
Vid. Wesen. in par. d. n. 5. Geil. 2. obs. 45. n. 2. & 2. de pac.
publ. c. 2. n. 6. Coler. d. tr. de process. exec. p. 1. c. 6. n. 68.

X.

Fideiussores ritè accepti singuli in solidum, (a)
quod quidem tempore fideiussionis in obligatione
erat (b) tenentur: adeo ut de jure veteri liberum sit
creditori seligere, à quo petere velit solidum, etiam
omisso principali. (c)

(a) § si plures 5. Inst. h. t. l. inter eos 51. ff. eod. l. 3. ubi
etiam Don C. eod. quia singuli locum obtinent rei principalis,
qui in solidum tenetur. Vult. ad d. § 5. nisi ab initio pro di-
viso quid promiserint, quo modo divisam habent obligationem,
& quilibet de eo, quod promisit, tenetur d. l. inter eos l. 9. l. 43.
eod. (b) l. 4. in f. l. fideiussores 68. § 1. hic l. 1. C. eod. Nec
enim putamus, (quæ quæstio gravis est, & in foro usita-
ta) ob moram rei principalis fideiussores in fructus usuras &
accessiones teneri: nisi in omnem causam fideiusserint per l.
centum Capuæ ff. de eo quod cert. loc. l. fideiussoris magistra-
tum § 1. l. fin. ff. h. t. tum etiam propter rationem satis firmam:
quod fideiussoria obligatio sit juris stricti, & proinde pro
omisso habendum, quod in ea omisso & contra pro expresso,
quod expressum l. 99. ff. de V. O. l. si stipulatus 76. § 1. eod.
Coras. 2. miscell. c. 12. Vult. ad § fideiussores 5. Inst. h. t. Don.
in l. 10. C. hic Hippol. de Mars. n. 91. & seqq. Wesenb. in
par. h. t. n. 6. Gædd. d. tr. c. 11. concl. 10. n. 136. Bronch. centur. 2.
assert. 92. Disf. varij variè, quos brevitate ergo silentio præ-



hered. & tantum abest, ut nostra hac assertio per legem :
quero: ff. locat. in firmetur, ut per eam vel maximè confir-
metur. (c) l. 3. l. 5. l. liberum 16. l. sicut 21. l. reos 23. C. de
fideiussorib. d. § 4. Inst. h. t. l. inter eos ff. eod. quia purè
promissum ex natura stipulationis statim exigì potest, § omnis
Inst. de V. O. Ordo tamen excussionis jure veteri conceditur,
cum quis indemnitate fideiussor factus l. fin. ff. de reb. cred.
l. 10. l. 116. ff. de V. O. l. si decem 21. ff. de solut. Duar. ad d.
l. 116. Gædd. ad l. 150. n. 2. ff. de V. S.

X l.

Ne tamen ipsi officiosi legum officio & beneficio
destituatur, tribus gaudent beneficijs. i. est ordinis
seu excussionis, jure Novell. primò ipsis indultum,
quo utentes nisi principali prius excusso, satisfacere
debito non tenentur. (a) 2. est divisionis, ex epistola
D. Hadriani eo etiam casu competens, quando unus
fideiussorū exceptione ordinis vel nolit vel non po-
test uti, quo cogitur creditor inter omnes tempore
litis contestatæ solvendo existentes in partes viriles
actionem dividere. (b) 3. beneficium cedendarū actio-
num, quo quis fideiussorū, si neutro usus beneficio
in solidū conventus, & cōdemnatus, nō antè solvere
compellitur, quam cessis sibi à creditore in debito-
rem & confideiussores actionibus & pignoribus. (c)

(a) auth. presente C. de fideiuss. Novell. 4. & ibi Cuiac.
Donell. ad l. 2. & d. auth. C. d. r. Mins. cent. 2. obs. 15. Hippol.
de Marsil. de fideiuss. n. 7. Sichard. ad d. auth. presente. atq.
ita beneficium hoc, quod olim indemnitate tantum ad pro-
missoribus dabatur, hodie commune est, sed ita ut sint, qui-
bus non permittitur, ceu sunt, qui se tanquam principales ad-
strinxerunt

strinxerunt vulgo **Selbstschuldiger Geil. 2. obs. 28. Hippol.**
de Mars. d. rubr. n. 26. Borch. ad § si quid Inst. h. t. Anton.
Gabriel. Rom. 3. cōcl. t. de fideiuss. concl. 1. n. 99. Diss. Schneid.
ad § si plures. n. 11. h. t. Gomez. 2. var. resol. 13. n. 4. Latè Frac.
de fideiuss. c. 5. n. 192. jure tamen Saxon. novissimo p. 2. in
Ordin. D. August. Const. 18. decisum est, ne tacita renunciatio
hoc casu statuatur. Item hoc non utantur beneficio, qui fraude
negarunt se esse fideiussores, & postea mendacij convicti l. 10.
§ 1. ff. h. t. Bald. ad auth. contra qui propriam C. de non num.
pec. Mins. d. obs. 15. Sed quid? si fideiussor jureiurando
se obstrinxit, gaudetne hoc beneficio, an verò renuns
ciasse ei intelligitur? Neutiquam. Juramentum naturam
mutat contractus, cui accedit l. fin. C. de non num. pec. Franc.
de fideiuss. c. 5. n. 386. Fachin. 3. contro. 15. Diss. Geil. 2. obs. 27.
n. 22. plures vide restrictiones apud Mins. d. loco. Ant. Gabr.
d. loco. Sed dubio non caret, utrum hæc excussionis ex-
ceptio ante litem contestatam opponi debeat, an verò quando-
cunq; ante sententiam opponi possit? posterius æquius est l. 10.
C. h. t. Geil. 2. obs. 27. n. 3. Soarez. in thesaur. recept. sent. lit. 5.
n. 136. Cædd. c. 9. n. 130. Dissentit. Gomez. 2. var. resol. 13. n. 4.
& quam plurimi à Geil. & Soarez. relati. (b) § si plures 4.
Inst. h. t. l. 26. l. si plures § ult. l. si contendat ff. eod. l. 10. l. 23.
C. eod. rationes vide apud Don. 15. Com. 48. Cædd. d. c. 9.
(c) n. 107. Equalitas sit inter æquales: limit: vide apud. Mins.
ad § si plures Cædd. d. loc. Quo usq; verò opponi possit
cōtrovertitur. et quancunq; ante sententiam opponi posse
cōmuni traditur per l. 10. C. h. t. ubi Accurs. Cyn. Br. Don.
n. 3. et 4. Geil. 2. obs. 27. n. 5. Franc. de fideiuss. c. 5. n. 460. et seq.
Diss. idem Don. d. c. 48. & Accurs. ad d. § 4. verbo: partes.
(e) l. 2. l. 11. l. 14. C. h. t. l. 17. l. cum is 36. l. 39. ubi Bart. ff. eod.
C 3 Gomez.

Gomez. d. c. 13. n. 15. inf. Hippol. de Mars. d. rubr. n. 28. Don. ad l. 2. & d. II. C. hic. Beneficium autem hoc ante solutionem, vel in ipsa solutione a creditore esse impetrandum l. 17. ff. h. t. l. II. C. eo. ubi Don. n. 5. post illam frustra postulatur, nisi aliter sit conventum Don. d. loc. Gædd. d. c. 5. n. II. II. 4. & seq. Sed an volens creditor eas cedere possit, si solutione facta de cedendo nihil convenerit, difficilima quaestio est: Affirmat. Don. Negat Gædd. cuius partes tuebimur.

XII.

Extinguitur fideiussio iisdem modis, quibus obligatio principalis: puta solutione (a) novatione (b) cōfusione (c) prescriptione (d) sententia definitiva (e) & similibus modis. Sed an sola prorogatione termini ad solvendū in scio se facta fideiussor liberetur, quaestio est. Neg. (f) Quid verò de exceptione debitori competente sentiendum, eritne, & fideiussori utilis? utiq; si realis, non personalis fuerit. (g)

(a) pr. instit. quib. mod. toll. oblig. l. solutione 23. l. si pro me 40. l. solvere 35. l. in omnibus ff. de solut. (b) l. novatione C. h. t. Franc. de fideiuss. c. 5. n. II. 4. et c. 6. n. 13. (c) l. si duo 93. § fin. de solut. Gomez. 2. var. resol. 13. n. 19. (d) l. 3. 4. C. de praescript. 30. annor. l. 2. C. de const. pec. Gomez. d. loc. vers. tertio modo. (e) l. post rem 56. de re jud. Geil. 2. obs. 29. n. II. Wesenb. hic in par. n. f. (f) l. si cum Hermes 7. C. locat. l. qui Romæ 122. § 1. ff. de V. O. l. item quaritur. § qui impleto ff. locat. Zoarez in thesaur. recept. sent. lit. F. n. 160. Gabriel. comm. concl. de fideiuss. concl. 3. vid. Minscent. 6. obs. 53. Geil. 2. obs. 30. Coler. de process. exec. p. 1. c. 10. n. 298. (g) l. ex persona 32. h. t. l. 7. § 1. ff. de exceptionib. l. defensiones II. C. eod. l. 2. ff. quæ res pign. obl.

αδάειον

ὠδάειον

ORNATISSIMO IUVENIO

ULRICO REDSLOBIO,

amico meo.

VL RICE noster! tu quoque serio
Nisi laboras fulgere honoribus
Intaminatis, adque veram

Tramite proximore duci

Virtutis arcem? nec remoram potest

Ignorantemve obijcere improbi

Amurca vulgi, nec tyranni

Insidiantis Heræ furores?

Virtute maeste hanc! miles ab inclutâ

DICAE palestrâ; perge Novensileis

Amare Divas, & Themisti

Sacra piare sacra, fidejus-

Sores acutis & monitis doce

SPONDERE quid jus, quos velit Aequitas,

Et quando; si quis insusurrat

SPONDE agito, tibi NOXA PRÆSTO

Sic perge sollers! sic Themidis sacer (EST.

Clues sacerdos; sic merito tuo

Novemplicis toreuma celi

Tergemino feries honore

Christianus Gochsemius,

Francus. A. E. F.

ὠδάειον

AD ORNATISS. DN.
UDALRICUM REDS-
LOBIUM.

Hactenus, UDALRICE, tibi, quis DE-
BITOR esset,
Discere sub docto praeside, cura fuit.
Nunc, quo cepisti, tentas procedere passu,
Atq; FIDEIUSSOR quis sit & unde, mones.
Magnum opus adgrederis, maius juvenilibus annis,
Ingenij manus non tamen arte tui.
Artificem, quis te dubitet fore tempore Iuris?
Ipse fideiussor non moror esse tuus.

T. Ieremias Heuberus Francus,
L. studios. am. e. fac.

FINIS.



Hactenus, UDALRICE, tibi, quis DE-

UDALRICUM REDS-
LOBIUM.

ULB Halle
004 486 080



3



KOM







...TIO
...A
...IBVS.
...ante DEO
...na Argen-
...lemia
...TLÆVI
...mabitur.
...SLOBIVS
...iacus.
...TI,
...ARTINVS.

14

1609, 1.

3.

